

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo LXXXV

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

Ille nobis non indiguit ut nos saluos faceret & nos sine illo nihil possu-
mus facere; ille se nobis praebuit palmitibus utem in os habere praeter
illum non possumus uitam; Postremo & si fratres pro fratribus morian-
tur, tamen in fraternorum peccatorum remissionem nullius sanguis
martyris funditur. quod fecit ille pro nobis. neq. in hoc quid imitemur
sed quid gratularemur contulit nobis; quatenus ergo martyres pro fratribus
sanguinem suum fuderunt. hactenus talia exhibuerunt qualia de mensa do-
minica perceperunt; In ceteris enim quae dixi. quamuis nec omnia dicere
potui. martyr xpi longe impar est xpo; quod si quisquam se non dico po-
tentia xpi sed innocentiae comparabit & non dicam & alienum se putando
sanare. sed suum saltem nullum habere peccatum. & iam sic audior est qua
ratio salutis exposcit. multum est ad illum. non capit tantum & bene quod
ista prouerbiorum sententia commonetur. quae continuo subiungit & di-
cit. quod si audior es. noli concupiscere cibos eius; satius est enim. ut nihil
inde sumas. quam ut tibi plus quam oportet adsumas. haec enim inquit habet
uitam fallacem. hoc est hypocrisis; dicendo enim se sine peccato esse. iustum
non potest exhibere sed fingere; ideo dictum est. haec enim habent uitam
fallacem; unus est solus. qui & carnem hominis habere & peccatum potuit
non habere; merito quod sequitur. nobis praecipitur & tali uerbo. atq. pro-
uerbio humana infirmitas conuenitur. etq. dicitur. noli extendere te.
cum sis pauper contradiuitem. Diues est enim qui nec hereditario. nec pro-
prio umquam debito obnoxius & ipse iustus est. & alios iustificat xps; noli
contra eum te extendere. in tantum pauper ut remissionis peccatorum
appareas cotidianus in oratione mendicis. Tuo autem consilio inquit ab-
tine te; unde nisi a presumptione fallaci. ille quippe quia non tantum est
homo. sed & iam ds. ideo numquam reus. Si enim direxeris oculum tuum
ad illum. nusquam parebit oculum tuum. Oculum uidelicet humanum quo
cernis humana. si direxeris ad illum. nusquam parebit. qm uideri non
potest quem ammodum uideri tu potes; parabit enim sibi pennas sicut
aquilae & uadit in domum praepositi sui. unde ad nos utiq. uenit. nec tales
qualis uenit inuenit. Diligamus ergo inuicem sicut & xps dilexit nos & tra-
didit semetipsum pro nobis; maiorem quippe hac dilectione nemo habet
ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Eumq. sic imitemur pro obedi-
entia. ut e nos comparate nulla praesumamus audacia.

**INCIPIT SERMO LXXXV. DE EO QUOD DICIT. VOS AMICI MEI
ESTIS SI FECERITIS QUAE EGO PRAECIPIO UOBIS. USQ. AD IO
JAM NON DICO UOS SERUOS QUIA SERUUS NESCIT QUID FACIAT**

DN'S EIUS

Cum dñs ih̄s commendasset caritatem, quam exhibuit nobis mori-
 endo pro nobis atq; dixisset. *Maio rem hac dilectionē nemo habet*
 ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Uos inquit amici mei
 estis, si feceritis quae ego praecipio uobis; magna dignatio; cum seruus
 bonus esse non possit nisi praecepta dñi sui fecerit. hinc amicos suos uoluit
 intelligi, unde serui boni possunt probari; sed ut dixi, ista dignatio est,
 ut dñs quos nouit seruos suos dignetur dicere amicos suos, nam ut scitis
 ad seruorum officium pertinere, praecepta sui domini facere. Alio loco
 seruos utiq; obiurgat dicens. Quid autem uocatis me dñe dñe, & non faci-
 tis quae dico. Cum ergo dicitis inquit dñe, iussa faciendo quid dicitis osten-
 dite. Nonne seruo oboedienti ipse dicturus est. Euge serue bone, qm̄ in
 paucis fidelis fuisti, super multa te constituam, intra in gaudium dñi tui,
 potest igitur esse seruus & amicus, qui seruus est bonus, sed quod sequitur
 attendamus, iam non dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dñs
 eius; quomodo ergo intellecturi sumus & seruum & amicum esse seruū
 bonum cum dicit, iam non dico uos seruos, quia seruus nescit quid faciat
 dñs eius. ita nomen constituit amici, ut auferat serui, non ut in uno utrūq;
 maneat, sed ut alterum altero decedente succedat. quid est hoc, ita ne cū
 praecepta dñi fecerimus, serui non erimus, ita ne tunc serui non erimus,
 quando boni serui fuerimus, & quis potest contradicere ueritati quae ait.
 iam non dico uos seruos, & cur hoc dixerit docet, quia seruus inquit, nes-
 cit quid faciat dñs eius. Numquid nam seruo bono & probato dñs eius non
 & iam sua secreta committit. Quid est ergo quod ait, seruus nescit quid
 faciat dñs eius, uerum esto, nescit quid faciat, numquid nescit & iam quid
 praecipiat, nam si hoc nescit, quomodo seruit, aut quomodo seruus est
 qui non seruit, & tamen dñs loquitur, uos amici mei estis, si feceritis quae
 ego praecipio uobis, iam non dico uos seruos, O rem mirabilem; cum serui
 re non possimus nisi praecepta dñi fecerimus, quomodo praecepta faci-
 endo serui non erimus, si seruus non ero praecepta faciendo, & nisi prae-
 cepta fecero, seruire non potero, ergo seruiendo seruus non ero. Intelle-
 gamus fr̄s, intellegamus, & hoc in nobis dñs facit ut intellegamus, facit
 & iam ut intellecta faciamus, hoc autem si scimus, profecto scimus quod fa-
 cit dñs, quia nos ipsos tales non facit nisi dñs, & per hoc ad eius amicitiam
 pertinemus, sicut enim duo sunt timores qui faciunt duo genera timen-
 tum, sic due sunt seruitutes quae faciunt duo genera seruorum, Est ti-
 mor quem perfecta caritas foras mittit, & est alius timor castus perma-
 nens in saeculum saeculi; illum timorem qui non est in caritate, attendebat